

eclipticæ nosse desideras, fuerit in signo aliquo descendente, tunc addes angulū cōmunē ad angulū, quē facit idē illud punctū in medio cœli cum eclipticā & meridiano, sumā ea à semicirculo subtracta, remanebit tibi angulus caussatus ab eclipticā iuxta punctum propositū cum horizonte. Si autē punctū illud eclipticæ sit in semicirculo eclipticæ ascendente, tunc subtrahe angulū cōmunem ab angulo meridiani, & remanebit angulus eclipticæ & horizontis iuxta propositum punctū eclipticæ. Exemplū sit hoc tibi, ex 30. ppositione iam inueni in ipsa hora & minuto intronizationis fuisse in ascendente 5. gra. 25. mi. δ , declinatio huius est 18. gra. 58. mi. cōplementū autē 71. gra. 2. mi. sinum huius cōplementi ppono deinceps 94570. simul & sinum cōplementi maximæ declinationis 91706. tūc putaminiore ducō in sinum pfectū, & pductum diuido in 94570. in quotiente uideo mihi puenisse 96971. arcus huius quotientis 75. gra. 52. mi. ostendit quantitātē anguli quē facit ecliptica cum meridiano iuxta 5. gra. 25. mi. δ . Deinceps adhuc multiplico sinū eleuationis poli 48. graduū, scilicet 74314. (siquidē is est minor) in sinum totū, & diuido pductū cū sinu cōplementi declinationis pūcti ppositi 94578. quoties erit 79581. arcus uero 51. gr. 48. mi. qui uocat̄ angulus cōmunis, & quia δ est inter principiū ϖ & \wp , quæ signa sunt descendentiā, angulū illum cōmunē addo ad angulū mediū cœli 75. gra. 52. mi. & proueniēntē 127. gra. 40. mi. quibus à semicirculo subtractis, remanēt 52. gra. 20. mi. qui angulus est horizontis & eclipticæ, qñ 5. gra. 25. mi. δ partiliter, ut sic liceat loqui, in horizonte consistunt 48. graduū. Accedat adhuc aliud exemplū, ne quid prætermittamus qd̄ ad intelligentiā huius rei facere uideatur, si forte punctū eclipticæ in horizonte constitutum fuerit in semicirculo eclipticæ ascendente, hoc est à principio \wp ad finem Π , egoq; cupiā habere angulū eclipticæ & horizontis, quē gradus solis, scilicet 2. & 26. mi. Π in die intronizationis sub ipsum solis ortum effecit (& esto ut sol eo die proprio suo motu steterit in ecliptica) ibi principio per 26. 27. aut 28. ppositiones inueni angulū eclipticæ & meridiani, qui fuit iuxta gradū solis, illum inquam inueni 78. gra. 37. mi. Deinde sinū altitudinis poli 48. gra. scilicet 74314. tanq̄ minorē ducō in sinum totū, pductum diuido in sinū cōplementi declinationis solis, scilicet 93544. & quotiens erit 79335. arcus eius 52. grad. 30. mi. angulus ille cōmunis, quē mox subtraho ab angulo mediū cœli, & remanebunt pro angulo orientis eclipticæ & horizontis iuxta gradum solis 26. gra. 7. mi.

PRONVNCIATVM XXXII.

Quantitatem anguli ab horizonte & ecliptica caussati diuerso modo inquirere, habito tantum prius mediū cœli gradu.

Quum primū habueris mediū cœli gradū, statim quære p̄ aliquā ppositionū 26. 27. uel 28. angulū quē facit ecliptica cum meridiano, deinde duc sinum anguli illius in sinum distantie zenith à gradu mediū cœli, productū diuide in totum, & cōplementū arcus quotientis erit angulus eclipticæ & horizontis, qualiscunq; tandē fuerit in ascendente gradus. Id adeo tali confirmabimus exemplo, ppono ecce mihi gradū mediū cœli 15. & mi. 40. ν , quē iam supra pnunciato 26. ad horam intronizationis inueni in medio cœli, & per tres illas ppositiones per 26. 27. siue 28. reperi etiam angulū meridiani & eclipticæ ad idē illud momentū 67. gra. 23. mi. sinus ipsius est 92309. eum si ducam in sinū distantie zenith à medio cœli, quæ est 41. gra. 26. mi. scilicet 66174. & diuidā pductū in sinum pfectū, inueniam in quotiente 61084. cōplementū eius arcus ostendit quantitātē anguli quem facit ecliptica cum horizonte in parte orientis & occidentis, suntq; gradus 25. mi. 21. in quibus quærendis laboratum est.

PRONVNCIATVM XXXIII.

Angulum occidentis, quem ecliptica cum horizonte efficit in parte occidua, prompte & facile inuestigare.

Operæ precii nō est hoc pronunciatū multis explicare, quū superiori 31. planè similis sit, nisi quod hic addendū est, ubi illic subtractū, & uicissim subtrahendū, ubi additū est illic qñ angulū horizontis & eclipticæ quærebas, sicuti sequens monstrabit exemplū. Cupio scire angulum quē facit ecliptica in 5. gra. 25. mi. δ cum horizonte occiduo, ex 31. igitur